

UNIVERSITÄT
MUSIKS
II
DEFENDERUNT:

D. D.

DVORNIKOVICH JOANNES de Lipto-
Tépla, et Páris-Háza.

JAGSCHITZ FRANCISCUS XAV.

MADÁCH EMERICUS de Sztregova. *Stip.*

MIKOS JOANNES.

MILLER CAROLUS.

SZÜTS JOSEPHUS de Thorda *Stip.*



.0E .22.11.1841

Primum in Annum Philosophiae Auditores.

EX ONTOLOGIA.

1.

VERITATES *necessariae* veteri nituntur Aristotelis axioma, quod vulgo *Principium Contradictionis* audit, estque primum humanae cognitionis principium.

2.

At *contingentes* Leibnitziano illo: *Nihil est sine ratione sufficiente.*

3.

Id tamen, quod Leibnitzius confesbat, ipsam etiam Dei voluntatem in rebus con-
dendis *externa* ratione sufficiente constrin-
gi; nimium est.

4.

Praeter *externam* rerum possibilitatem
admittenda quoque est *interna.*

5.

Cujuslibet entis *essentia* sita est in con-
cordia omnium earum notarum, quae in
ente primae occurrunt, suntque veluti fon-
tes caeterarum.

6.

Cujuslibet entis *essentia* est *necessaria*,
immutabilis, et *aeterna.*

7.

Quinam *modi* possint inesse enti, ex hu-
jus *essentia* intelligi potest: ratio tamen
sufficiens, cur hic, aut ille modus reapse



enti insit, in hujus nec essentia, nec attributis continetur.

8.

Identitas, uti et *distinctio* entium in varias classes abeunt.

9.

In quovis ordine habenda est ratio *regulae ordinis*; ex hac enim et genera ordinis, et concinnitas, intelligi possunt.

10.

Perfectio entis *essentialis* est, aut *accidentalis*; *simplex*, aut *composita*: advertendum hic ad *principium perfectionis*; ab hoc enim *quantitas* perfectionis desumenda. Omne ens praeditum est perfectione essentiali.

11.

Essentia cuiuslibet *compositi* sita est in certi generis partibus, earumque certa conjugatione,

12.


In quolibet composito entia quaedam *simplicia* inesse debent.

13.

Ens simplex nequit oriri, nisi ex nihilo, neque potest interire, nisi abeat in nihilum: at dispar est compositi ratio.

14.

Relatio est mutua *relativorum* ad se se habitudo. Cum primis hoc loco discernenda sunt: *subiectum*, *terminus*, *ratio fundandi*



et ipsa *relatio*. Quaelibet relatio est *mutua*. *Similitudo*, *aequalitas*, *connexio*, *oppositio*, genera relationum sunt.

15.

Quodlibet ens vel est *substantia*, vel *accidens*. Nulla sunt admittenda *accidentia absoluta*.

16.

Omnis substantia est ens simplex.

17.

Ens, quod in essentia sua continet sufficientem existentiae suae rationem, absoluta necessitate existit: illud vero, quod sufficientem existentiae suae rationem in essentia non continet, contingenter existit.

18.

Ens necessarium est aeternum.

19.

Si existit ens necessarium, illud omnes possibles perfectiones absque vllis limitibus complecti debet: et vicissim quidquid finite perfectum est, ens necessarium esse non potest.

20.

Ens necessarium est immutabile: quidquid proinde est mutabile, contingens esse debet.

21.

Ratio sufficiens existentiae entis contingentis nec in ente aliquo contingente, nec in *serie* entium contingentium, etiamsi ea

6

~~SECRETUM~~

infinita ponatur, contineri potest: quare si existit ens contingens, debet existere ens necessarium; istud tamen non nisi vnicum esse potest.

22.

Principium generatim est omne id, unde aliquid quoquo modo pendet. Principium vel est *essentiae*, vel *existentiae*, vel *cognitionis*. *Causa* principium existentiae est, atque in *efficientem*, *finalem*, *materialem*, et *formalem* abit.

23.

Nihil potest esse causa efficiens sui ipsius: neque possunt duo entia sibi mutuo esse causae efficientes.

24.

Ens necessarium causa efficiente caret: at quidquid contingenter existit, causam efficientem habeat, est necesse.

25.


Causa necessaria semper agit, quantum potest: hinc eodem modo ad agendum expedita aequalibus temporibus aequales effectus producit:

26.

At si agat temporibus inaequalibus, effectus sunt temporibus proportionales.

27.

Si duae causae inaequales eodem tempore, aut aequalibus temporibus agant, effectus sunt causis ipsis proportionales.



28.

Effectus caussarum necessariarum inaequalium, temporibus inaequalibus agentium sunt in ratione composita directa ipsarum caussarum, et temporum.

29.

Idem potest esse et *effectus*, et *caussa finalis* sui ipsius: quare argumentatio *Spinnozae* contra caussas finales sophisma est.

EX PSYCHOLOGIA.

30.

Anima humana praedita est *facultate appetendi*, quae tamen ad actum non nisi repraesentata boni, malive ratione determinatur.

31.

Praedita pariter est anima humana libertate arbitrii.

32.

Voluntas humana nullum bonum finitum vult necessario: in bonum tamen infinitum, clara intuitione cognitum, necessario fertur.

33.


Jus voluntatis in alias potentias varie est limitatum.

34.


Anima humana non est certa *materiae organizatae portio*, neque eius operationes per meros *motus locales* possunt explicari, vt voluit Hobbesius.

35.

Sed est substantia simplex, et omnis expers materiae.



757070



36.

Vetus Pythagorae doctrina de *praecxi-
stentia* animarum et *metempsychosi* susti-
neri non potest; vti nec ea, qua statuitur,
animas per *traducem* propagari.

37.

Animam humanam corpori intime esse
vnitam certum est: at intima haec vnionis
natura, seu *commercium*, nec *systemate ad-
sistentiae*, nec *harmoniae praestabilitae*
rite explicatur: *systema influxus physici*,
vt vt et ipsum gravibus difficultatibus pre-
matur, sustineri tamen potest.

38.

Nullae dantur *ideae innatae*.

39.

Bestiae non sunt mera *automata*, vt vo-
luit Cartesius:

40.

Sed agnoscenda est in iis anima cogno-
scendi facultate praedita.

41.

Carent tamen caedem intellectu, et ra-
tione, vti et *libertate indifferentiae*. Actio-
nes bestiarum, quae speciem quamdam ra-
tiocinii referre videntur, per *instinctus na-
turae*, et per *expectationem casuum si-
milium* explicari commode possunt.

42.

Quae proinde facultates, in bestiis ob-
servatae, evincunt, animas brutorum esse
substantias simplices, et incorporeas.

DESIREM EGVETEM KONVINA
Lelt. 80479-18.7

10443

